[illegible] Comprobat [illegible]

Clemens eps servus servorum dei Venerabilibus fratribus Calertan et Guadixien ac Almerien Epis Salt et aplicam ben Dudum a nobis emanarunt littere tenoris subsequentis

Clemens eps servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam Copiosus in misericordia dominus et in cunctis suis gloriosus operibus a quo omnia dona defluunt ad hoc nobis licet immeritis sue sponse universalis ecclie regimen committere et nre debilitati iugum aplice servitutis imponere voluit ut tanquam de summo vertice montis ad infima reflectentes intuitum quid pro huiusmodi illustranda ecclia ad fidei orthodoxe propagatione conferat quid statum fidelium quorlibet conveniat attentius prospiciamus et qualiter a fidelibus nre profugatis ignorantie tenebris illi per donum sapientie in via mandatorum ac domo domini conversari debeant solertius attendentes eos ad querenda litterarum studia per que militantis ecclie respublica geritur divini nominis ac eiusdem fidei cultus protenditur omnisque prosperitas humane conditio augetur nre sollicitudinis ope aplicisque favoribus propensius excitemus Sane carissimus in xpo filius nr Carolus Romanorum Imperator semper Augustus qui etiam Castelle Legionis ac Granate Rex existit suo et venerabilis fratris nri moderni Archiepi Granaten nominibus nobis nuper exponi fecit Quod cum Regnum Granate nonnullis retroactis annis ex infidelium manibus divina concedente bonitate recuperatum fuerit ac in ipo Regno et potissime in Civitate Granaten multi noviter ad fidem Catholicam conversi habitent ut illi bonis moribus imbuantur et virtutibus ornentur ac in eis cognitio veritatis et intelligentie splendor inseratur in ipoque Regno divini nominis et fidei Catholice cultus protendatur plurimum expediat ut inibi studium generale vigeat Quare dictus Carolus Imperator suo et dicti Archiepi nominibus nobis humiliter supplicari fecit ut in dicta Civitate que propter eius commoditates et conditiones apta admodum generali studio censetur generale studium erigere et instituere aliasque in premissis oportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur attendentes quod ex litterarum studio animarum saluti consulitur et alia spiritualia et temporalia commoda mundo proveniunt huiusmodi supplicationibus inclinati in ipa Civitate generale studium in quo in qualibet licita facultate legatur ac omnes gradus cuiuslibet licite facultatis prout in Bononien Parisien Salamantin et Complutensi ac aliis studiorum generalium Universitatibus conferri et concedi consueverunt conferantur et concedantur cum privilegiis honoribus prerogativis facultatibus exemptionibus libertatibus et indultis aliis studiis generalibus et illorum Universitatibus concedi solitis auctoritate aplica tenore presentium erigimus et instituimus ac eidem studio illiusque Universitati necnon Magistris Bachalariis Rectoribus et scolaribus pro tempore existentibus et aliis causa studii inibi commorantibus ut omnibus et singulis privilegiis libertatibus immunitatibus exemptionibus prerogativis concessionibus favoribus [illegible] Bononien Parisien et Salamantin predictis ac aliis studiis generalibus et eorum Universitatibus illarumque Doctoribus Magistris Licenciatis Bachalariis Rectoribus et scolaribus pro tempore existentibus quomodolibet concessis et concedendis ac quibus illi de iure vel consuetudine utuntur potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti potiri et gaudere libere et licite valeant auctoritate et tenore predictis indulgemus Necnon prefatum modernum et pro tempore existentem Archiepum Granaten dicte Universitatis protectorem et generalem administratorem auctoritate et tenore predictis constituimus et deputamus Ac eidem moderno et pro tempore existenti Archiepo Granaten tam pro prima vice quam exinde deinceps perpetuis futuris temporibus Universitati Doctoribus Magistris Rectoribus scolaribus et aliis causa studii inibi commorantibus prefatis Iudices Commissarios Conservatores qui de eorum causis Civilibus criminalibus beneficialibus matrimonialibus et mixtis ac aliis quibuscumque cum earum incidentibus dependentibus annexis et emergentibus cognoscere casque fine debito terminare possint tam in Romana Curia quam in partibus illis quotiens ei placuerit nominandi et deputandi ac revocandi ipisque Iudicibus Commissariis et Conservatoribus sic per eundem Archiepum et Administratorem pro tempore nominatis et deputatis quoscumque cuiuscumque gradus ordinis conditionis preeminentie vel dignitatis existentes etiam per edicta publica constito summarie de non tuto accessu locis affigenda publicis que ipos perinde arctent ac si eis personaliter intimata forent citandi ac quibusvis aliis Iudicibus etiam locorum Ordinariis et personis ecclesiasticis et secularibus quacumque etiam aplica aucte fungentibus etiam sub censuris et penis ecclesiasticis ac etiam pecuniariis eorum arbitrio imponendis et applicandis inhibendi et in eventum non paritionis censuras et penas ipas aggravandi et reaggravandi interdictum ecclesiasticum apponendi et auxilium Brachii secularis si opus fuerit invocandi et alia in premissis necessaria et oportuna faciendi Necnon prefato moderno et pro tempore existenti Archiepo pro directione et manutentione studii et Universitatis huiusmodi ac illius personarum quecumque statuta et ordinationes licita et honesta ac sacris Canonibus non contraria condendi et prout qualitas temporum exegerit et expediens visum fuerit reformandi et mutandi ac alia de novo faciendi que postquam condita reformata mutata et facta fuerint eo ipo auctoritate aplica confirmata sint et esse censeantur plenam et liberam dicta auctoritate earundem presentium tenore facultatem concedimus Non obstantibus quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus aplicis ac in Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus necnon privilegiis et indultis aplicis quibusvis personis et locis ac predictis et aliis quibuslibet Universitatibus quomodolibet concessis quibus omnibus tenores illorum ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre erectionis institutionis indulti constitutionis deputationis concessionis et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimotricesimo primo Quarto Id Julii Pontificatus nri Anno Octavo Quocirca fraternitati vre per aplica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vrm per vos vel alium seu alios litteras predictas et in eis contenta quecumque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte moderni et pro tempore existentis Archiepi necnon Universitatis dictorum Magistrorum Bachalariorum Rectorum scolarium et aliorum predictorum desuper fueritis requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate nra litteras et in eis contenta huiusmodi firmiter observari ac singulos quos littere ipe concernunt illis pacifice gaudere [illegible] Non permittentes eos desuper per quoscumque [illegible] litterarum tenorem quomodolibet indebite molestari Contradictores quoslibet et rebelles per censuras et penas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras et penas ipas iteratis vicibus aggravando Invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachii secularis Non obstantibus omnibus supradictis Aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimotricesimo primo Quarto Id Julii Pontificatus nri Anno Octavo

a 19 de mayo 1537 [illegible] lo pedro [illegible] velazquez [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

A Gentilis

[illegible] Laputa

[illegible]

Clemens eps servus servorum dei Venerabilibus fratribus Calertan et Guadicen ac Almerien Epis Salt et aplicam ben. Dudum a nobis emanarunt littere tenoris subsequentis

Clemens eps servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam Copiosus in misericordia dominus et in cunctis suis gloriosus operibus a quo omnia dona defluunt ad hoc nobis licet immeritis sue sponse universalis ecclie Regimen committere et nre debilitati Iugum aplice servitutis imponere voluit ut tanquam de summo vertice montis ad infima reflectentes intuitum quid pro huiusmodi illustranda ecclia ad fidei Orthodoxe propagatione conferat, quid statum fidelium quorumlibet conveniat attentius prospiciamus et qualiter a fidelibus nre profugatis ignorantie tenebris illi per donum sapientie in via mandatorum ac domo domini conversari debeant solertius attendentes eos ad querenda litterarum studia per que militantis ecclie respublica geritur divini nominis ac eiusdem fidei cultus protenditur omnisque prosperitas humane conditio augetur nre sollicitudinis ope aptisque favoribus propensius excitemus Sane Carissimus in xpo filius nr Carolus Romanorum Imperator semper Augustus qui etiam Castelle Legionis ac Granate Rex existit suo et venerabilis fratris nri moderni Archiepi Granaten nominibus nobis nuper exponi fecit quod cum Regnum Granate nonnullis retroactis annis ex infidelium manibus divina concedente bonitate recuperatum fuerit ac in ipo Regno et potissime in Civitate Granaten multi noviter ad fidem Catholicam conversi habitent ut illi bonis moribus imbuantur et virtutibus ornentur ac in eis cognitio veritatis et intelligentie splendor inseratur in universoque Regno divini nominis et fidei Catholice cultus protendatur plurimum expediat ut inibi Studium generale vigeat Quare dictus Carolus Imperator suo et dicti Archiepi nominibus nobis humiliter supplicari fecit ut in dicta Civitate que propter eius comoditates et conditiones apta admodum generali studio censetur generale Studium erigere et instituere ac alias in premissis oportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur attendentes quod ex litterarum studio animarum saluti consulitur et alia spiritualia et temporalia comoda mundo proveniunt huiusmodi supplicationibus inclinati in ipa Civitate generale Studium in quo in qualibet licita facultate legatur ac omnes gradus cuiuslibet licite facultatis prout in Bononien Parisien Salamantin et Compluten ac aliis Studiorum generalium Universitatibus conferri et concedi consueverunt conferantur et concedantur cum privilegiis honoribus prerogativis facultatibus exemptionibus libertatibus et Indultis aliis Studiis generalibus et illorum Universitatibus concedi solitis auctoritate aplica tenore presentium erigimus et instituimus ac eidem Studio illiusque Universitati necnon Magistris Bachalariis Rectoribus et scolaribus pro tempore existentibus et aliis causa studii inibi comorantibus ut omnibus et singulis privilegiis libertatibus immunitatibus exemptionibus prerogativis concessionibus favoribus [illegible] Studiis Bononien Parisien et Salamantin predictis ac aliis Studiis generalibus et eorum Universitatibus illarumque doctoribus Magistris Licenciatis Bachalariis Rectoribus et scolaribus pro tempore existentibus quomodolibet concessis et concedendis ac quibus illi de iure vel consuetudine utuntur potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti potiri et gaudere libere et licite valeant auctoritate et tenore predictis indulgemus Necnon prefatum modernum et pro tempore existentem Archiepum Granaten dicte Universitatis protectorem et generalem Administratorem auctoritate et tenore predictis constituimus et deputamus Ac eidem moderno et pro tempore existenti Archiepo Granaten tam pro prima vice quam exinde deinceps perpetuis futuris temporibus Universitati Doctoribus Magistris Rectoribus scolaribus et aliis causa studii inibi comorantibus prefatis Iudices Commissarios Conservatores qui de eorum causis Civilibus criminalibus beneficialibus matrimonialibus et mixtis ac aliis quibuscumque cum earum incidentibus dependentibus annexis et connexis cognoscere casque fine debito terminare possint tam in Romana Curia quam in partibus illis quotiens ei placuerit nominandi et deputandi ac revocandi Ipsisque Iudicibus Commissariis et Conservatoribus sic per eundem Archiepum et Administratorem pro tempore nominatis et deputatis quoscumque cuiuscumque gradus ordinis conditionis preeminentie vel dignitatis existentes etiam per edicta publica constito summarie de non tuto accessu locis affigenda publicis que ipos perinde arctent ac si eis personaliter intimata forent Citandi, ac quibusvis aliis Iudicibus etiam locorum Ordinariis et personis ecclesiasticis et secularibus quacumque etiam aplica auctoritate fungentibus etiam sub censuris et penis ecclesiasticis ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis et applicandis inhibendi et in eventum non paritionis censuras et penas ipas aggravandi et reaggravandi interdictum ecclesiasticum apponendi et auxilium Brachii secularis si opus fuerit invocandi et alia in premissis necessaria et oportuna faciendi Necnon prefato moderno et pro tempore existenti Archiepo pro directione et manutentione Studii et Universitatis huiusmodi ac illius personarum quorumcumque Statuta et ordinationes licita et honesta ac sacris Canonibus non contraria condendi et prout qualitas temporum exegerit et expediens visum fuerit reformandi et mutandi ac alia de novo faciendi que postquam condita reformata mutata et facta fuerint eo ipso auctoritate aplica confirmata sint et esse censeantur plenam et liberam dicta auctoritate eadem presentium tenore facultatem concedimus Non obstantibus quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus aplicis ac in Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus necnon privilegiis et Indultis aplicis quibusvis personis et locis ac predictis et aliis quibuslibet Universitatibus quomodolibet concessis quibus omnibus tenores illorum ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre erectionis institutionis indulti constitutionis deputationis concessionis et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimotrigesimo primo Quarto Id Julii Pontificatus nri Anno Octavo Quocirca fraternitati vre per aplica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vrum per vos vel alium seu alios litteras predictas et in eis contenta quecumque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte moderni et pro tempore existentis Archiepi necnon Universitatis dictorum Magistrorum Bachalariorum Rectorum scolarium et aliorum predictorum desuper fueritis requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate nra litteras et in eis contenta huiusmodi firmiter observari ac singulos quos littere ipse concernunt illis pacifice gaudere Non permittentes eos desuper per quoscumque [illegible] litterarum tenorem quomodolibet indebite molestari Contradictores quoslibet et Rebelles per censuras et penas ecclesiasticas ac appellatione postposita compescendo ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras et penas ipas iteratis vicibus aggravando Invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachii secularis Non obstantibus omnibus supradictis Aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimotrigesimo primo

Quarto Id Julii Pontificatus nri Anno Octavo.

Aug. X X

Hie. Olivius

Jo. Madrugal

Pe. Attamantis p Magus

Jo. [illegible] A. de Villareal

Jo. Molina

Do. An. Cuccino